Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

quinque panibus ordeaceis et
duobus piscibus a puero uno qui
unus de discipulis creditur fuisse
et saciauit ibi quinque milia virorum
de quinque panibus et duobus pi
scibus exceptis mulieribus et
paruulis. De fragmentis repleti
sunt xii^ce cophini. Illi autem homines
cum hoc vidissent volebant eum
rapere et facere regem quia vide
batur eis quod sub tali rege non
possent egere. Jhesus autem cum cog
nouisset fugit ab eis in montem
solus orare. ¶ Ideo sicut christus tran
siuit mare ita et nos oportet tran
sire si volumus ad terram promissionis
i. ad regnum celorum peruenire. Nota
quod quatuor sunt maria que oportet nos
1m mare transire. Primum mare est magnum
et valde periculosum hodie est mun
dus iste qui valde periculosus est
transeuntibus tamen hoc faciliter
transibit si mortem attendit. Unde
Jeronimus: facile contempnit omnia qui se semper
cogitat moriturum. Primo tales omnia
delectabilia huius mundi contempnunt et
Quilibet homo debet timere mortem
exemplo christi qui tantum timuit mor
tem quod angelus ad confortandum
humanitatem missus fuit de celo
Christus timuit mortem per quam de
buit ire ad perpetuam requiem et
miser homo non timet mortem quia
hodie uel cras perducet te ad eternam
mortem. Tu non times mortem
et viri sanctissimi timuerunt mortem

Sicut paulus et ceteri sancti. Est
enim mors timenda propter tria. Primo 1°
est timenda mors propter eius seui
tatem nam omnes venas que sunt
in corpore perrumpit. Omnia enim membra
specialem dolorem paciuntur. Au
fert enim homini visum auditum et ceteros
sensus. ¶ 2° est timenda propter 2°
velocitatem. Unde Job: memento
mei domine quia ventus est vita mea.
Sicut enim quandoque improuise ventus
flat in faciem hominis sic quandoque im
prouise moritur homo. ¶ 3° propter 3°
facilitatem moriendi. Est enim homo
sicut lucerna que ad modicum flatum ex
tinguitur. Unde si habemus memoriam
mortis poterimus mare huius mundi
transire. ¶ Secundum mare dicitur 2m mare
mare mortuum racione huius quia nichil
in eo viuere potest. De quo Josue 3°
Inferiores aque fluxerunt in mare
mortuum. Per hoc mare vita peccatoris
intelligitur. Omnia enim bona opera que
fiunt in mortali peccato mortua sunt
quo ad vitam eternam. Omnes elemo
sine ieiunia oraciones et quidquid
homo potest boni facere arescit in hoc
mari. Unde fugiendum est hoc
mare i. peccatum. Si enim scires qualem
defectum consequeris per peccatum ultra a
peccato numquam cessandum esset a plo
ratu. Quid molestie tibi facit
peccatum? Ad hoc respondeo: Tibi enim
hoc molestie facit quod rex babilo
nie regi Ezechie fecit sicut legitur
4 Reg. 25. Cepit eum et filios suos Nota bene
et in presencia ipsius Ezechie filios suos